



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CVII. Das Kloster Arendsee bekundet die Gedächtnißstiftung Arnold`s von Rossow, am 2. April 1368.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

testium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Ludgerus de campe, prepositus sancte marie in Arneffe, Alheydis de Wufstreue, Priorissa, vna cum consensu totius conuentus ibidem vniuersis et singulis hanc paginam visuris seu auditoris cupimus fore notum publice presentibus protestando, quod matura deliberacione ac vnanimi consensu vendidimus et per presentes vendimus Religiosis personis Alheydi de bretzeke necnon heylewigi de thuriffe, monialibus nostri conuentus, vnam dimidiam marcam argenti temporibus vite sue annuatim in festo Martini episcopi et confessoris In curia prefeci in villa neylinge tollendam pro quatuor marcis cum dimidia. Quando vero predictae persone ambe vitam finierint vel ex hoc mundo decefferint, tunc predicta dimidia marca argenti pro calceis et vestimentis comparandis perpetuis temporibus permanebit, et priorissa ipsius conuentus predictam dimidiam marcam tollere debet et in predictum vsu cum fidelitate conuertat, necnon prepositus nostri conuentus, necnon aliquis ex parte nostri conuentus infringere debet nec potest villo modo. vel si aliquis prepositus temerarie infringere intendit vel facit, ipso facto matura sua deliberacione se ingerit sentenciam excommunicacionis absque villo impedimento. Actum et datum Anno domini M°. CCC°. LXVII°, in die beati stephani.

CVII. Das Kloster Arendsee befundet die Gedächtnißstiftung Arnold's von Roffow, am 2. April 1368.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non cum tempore dilabantur, necesse est, vt ea, si firmam debeant habere memoriam, in scriptis autenticis aut ydoneorum inseracione testium Robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Ludgerus de campe, prepositus sancte marie in Arneffe, Alheydis de Wufstreue, Priorissa, vna cum consensu totius conuentus ibidem vniuersis ac singulis hanc paginam visuris seu auditoris cupimus fore notum publice presentibus protestando, quod matura deliberacione ac vnanimi consensu vendidimus et per presentes vendimus Honeste persone Berthe, relicte arnoldi de Roffowe pie memorie, necnon Religiosis personis Berthe, filie predicti Arnoldi, et Alheydi de Wufstreue, tunc temporis priorisse, Monialibus nostri conuentus, vnam marcam Argenti Annuatim in festo Walburgis in precaria cowlitzen tollendam pro octo marcis. Post obitum vero dictarum personarum tunc noster conuentus bis in Anno Arnoldi de Roffowe, Berthe sue vxoris et eorum hereditatem sequentium anniuersaria perpetuis temporibus peragentur, ipsi dies Annuersariorum ad kalendarium Ad placitum dicte persone Berthe de Roffowe nostri conuentus conscribuntur, et ipsam marcam prenominatam pro calceis et vestimentis comparandis priorissa nostri conuentus tollere debet et in predictum vsu cum fidelitate conuertat. Actum et datum anno domini M°. CCC°. LXVIII°, in die Palmarum.